Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



86

ille cui durentū fuerit: ut non detur oratio diabolo. Qui autē
aliter presumserit: disciplinę regulari subiaceat. De īdumen-
tis fratrū. Cap. lxxv.

Capitulum 55.

Estimenta fratribus sēdm loci
tum qualitatē ubi habitant: ul' aeris temperiem
dentur: quia in frigidis regionibus amplius indigetur: i calli-
dis uero minus. Hoc ergo cōsiderando: penes abbatē est. Nos
tamen mediocribus locis sufficere credimus monachis per
singulos: cucullam et tunicam: cucullam in hyeme pilosam:
in estate puram: aut uetustam: et scapulare propter opus. Indu-
menta pedum: pedules et caligas. De quarū rerum omniū
colore aut grossitudine non conquirentur monachi: sed quales
inuenire possint in prouincia qua habitant: aut quod uilius
comparari potest. Abbas autem de mensura prouideat: ut nō
sint curta ipsa uestimenta utentibus ea: sed mensurata.
Diuisio. Accipientes noua: uetera semper reddant in pānū reponenda
uestiario propter pauperes. Sufficit enim monacho duas
tunicas: et duas cucullas habere propter noctes: et propter lauā-
re ipsas res. Iam quod superfluum est: superfluum est: et amputari de-
bet. Et pedules et quodcumq; est uetustum reddant: dū ac-
piunt nouum. Femoralia hy qui in via diriguntur: de uestiario
accipiāt. Qui reuertentes loca ibi restituant. Et cucullę et tu-
nicę: sint aliquanto hys quas habere solui sunt modice meli-
ores. Quas exeuntes in via: accipiant de uestiario: et reuer-
tentes restituant. Stramenta autē lectorum sufficiant matta:
saccus: lena: et capitale. Que tamen lecta frequenter ab
abbate scrutanda sunt: propter opus peculiare: ne inueniatur
et si cui inuentū fuerit quod ab abbate non acceperit: gra-
uissime disciplinę subiaceat. Et ut hoc uitium peculiarita-
+ Diuisio.